

Codice scheda: ASC G317X001 (Microscheda: 4206B8/9)

Luogo e data: TORINO - 27/03/1898

Autore: RUA MICHELE

Destinatario: SOLECZ LUCAS

Classificazione:

Tipo documento e supporto: Corrispondenza in genere - Manoscritto

Autenticità: Copia

Contenuto: Espone al Vescovo di Przemisl (Polonia) il proprio disappunto per l'operato di D. Markiewicz Brosnislaw al di fuori dell'obbedienza, ricorda di avere dimesso il suddetto Sacerdote dalla Pia Società di S. Francesco di Sales e chiede le sue preghiere [Testo in lingua latina].



Præsul Excellentissime

Ob litteras tuas, quas libenter accepi, maximæ hu-
manitatis ac benevolentiae plenas quamplurimas gra-
tias ago.

De sacerdote Bronislas Markiewicz, qui ob suam inobe-
dientiam et pertinaciam uxororis causa mihi fuit et caste-
ris superioribus, pauca hic addam. Notum est Excellentiae
Euae ipsum instituisse domum in pago Miecice pro
pueris et puellis excipiendis non secundum regulas
Suae nostrae Societatis, cum gravi morum periculo, et
Deo me non approbante. Quando Visitator P^{mus} Veronensis,
a me missus Miecice, ipsi cum omni charitate justissi-
ma monita et consilia dedit et normam agendi adsigna-
vit exacte, juxta voluntatem Excellentiae Euae, tunc ipse
audacter in sua sententia perseverans adfirmavit, se solum
sequi regulam Suae Societatis S. Francisci Salesii; Supe-
riores aliasque omnes ab antiqua et recta via desivisse!
Quae audacia! aut potius quae stultitia! Num constat apud
omnes ne jota quidem mutatum unquam fuisse in Regu-
lis a nostro Veneratissimo Fundatore acceptis; alicujus eo-
rum infidelitas et inobedientia, ut in casu nostro, Regulas
non tangit. Ante omnia igitur carissimus P^{mus} Markiewicz
discat obedientiam et humilitatem; tunc ipse videbit nihil
esse mutatum neque immutandum in Regulis.

Propter tam gravem inobedientiam et pertinaciam

D^{ns} Markiewicz, potestate mihi tradita a nostris Cou-
stitutionibus (6 ap. II. 5), a P^{ia} Societate S. Francisci Salesii
recte dimissus fuit; quam dimissionem his litteris etiam
confirmo. Ipse igitur nunc simplex est sacerdos saecula-
ris, suo Episcopo subjectus, nullo amplius gaudens privile-
gio Regularium; cum epise commendo Excellentiae tuae,
sperans futurum optimum Parochum. At nunquam
permittam ut quomodocumque usurpet nomen Salesia-
norum et Veneratissimi nostri Fundatoris S. Joannis
Bosco; in hoc totis viribus me opponam. Si in animo
habet D^{ns} Markiewicz aliquam P^{iam} Societatem in-
stitueri poterit ipsam nuncupare a S^o Stanislas Kostka,
vel a S^o Joanne Berchmans; non usurpet nomen ali-
quod iam ~~notum~~, quod minime gignet confusionem,
contra consilia Beatissimi Patris Leonis XIII, qui Reli-
giosas Familias omni conatu studet adducere ad unitatem.
Validissimis precibus tuae Excellentiae me et P^{iam}
Societatem, cui indigne praesum, valde commendo.

Humillimus et addictissimus Servus

Augustae Coaurinorum
Die 27 Martii 1876

Michael Riva Sac. R. M. P. S. S.